



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXII. De conversione Conjugatorum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

250 LIB. III. TIT. XXXII.

ad alicujus Regulæ, vel Religionis,
Sess. 25. c. Ordinis observationem, aut ad alios quin
15. de Reg. cunque effectus.

6. Professus unam Religionem an hanc
transferat ad aliam?

c. 10. b. t. Permittitur transire quidem, sed
strictiorem; idque non nisi prius per

c. Licet 18. facultate a suo Prælato vel Superiore,
eodam.

votum obedientiæ contemnere videtur.
Qui si facultatem neget transeundi, p-
terit nihilominus ad aliam Religionem
migrare.

(Hujusmodi profesiones, ut & parentes
votiones ad vitam monasticam merito nobis
probantur.)

De conversione Conjugatorum.

TIT. XXXII.

De Conjugatorum ingressu & profissione
dubitari poterat, ex quo Religio vom
contineat castitatis, quod usui matrimo-
ni repugnat.

1. Licetne igitur Conjugatis ingredi Reli-
gionem?

L Icet, modo hoc faciant mutuo con-
sensu: ita tamen, ut marito ingre-
ditur c. diente, etiam uxor religionem aliquam
profiteatur, vel saltem castitatem pro-
tectat, si non sit suspecta de incontinencia.

ionis, v
eluti si sit senex ac sterilis. Qui vero
aliosque invita vel ignorantie uxore, Religionem c. 3. b. t.
proficitur, ea repetente cogitur ad uxo-
rem redire.

an hinc
n, sed
principi
periore
e videtur
eundi, p
Religious
parentum
ero nobis su
atorum
Professio
igio rom
ii manum
gredi R.
nutuo co
rito imp
m aliqui
m pro
ontinencia
val

(Voto monastico matrimoniale potentius est,
& juxta legem divinam inseparabile: adeoque
matrimonium per ingressum in Religionem sol-
vi nequit.)

2. Quid si uxor interim moriatur, an tunc
maritus recte aliam duceat?

Nequaquam; quia semel vovit casti-
tatem: quamvis non sit cogendus ad
idem monasterium reverti, cum professio
illi Regulae facta, non fuerit legitima. At d. c. 3. &c.
tamen consultius fecerit, & bene saluti con- 12. eodem.
salet, si mortua uxore, ad idem monaste-
rium redeat.

3. Quid interest inter non conjugatum, qui
sponsalia cum aliqua etiam de praesenti
contraxerit, & conjugatum?

Quod non conjugatus, contractis li-
cet sponsalibus, etiam de praesenti, possit,
invita quoque sponsa, & contra sponsa,
invito sponso, Religionem ingredi: quia
tales per consummationem matrimonii
nondum sunt una caro effecti, & pro- c. 2. b. t.
pterea potest unus ad Deum transire, &
alter in seculo remanere. At conjugati,
mutuo & libero consensu Religionem
alii-

aliquam profesi, adeo tenentur eam
 e. 4. Ex vare, ut licet quis nunquam monachus
 parte eod. intraverit, altero eorum mortuo, a
 alia contractum matrimonium sit nullum
 ipso jure.

De Conversione Infidelium.

TIT. XXXIII.

1. Qui hic veniant nomine Infidelium

OMnes, qui Christiani non sunt, si
 fidem Christianam unquam suscep-
 runt, quales sunt Pagani, Judai, Sar-
 ceni: quos tamen aliquando ad fidem
 verti contingit.

2. Infidelis conversus ad fidem potius
 trahere matrimonium cum pro-
 deli?

Potest; nisi, cum adhuc infidelis
 in mortem alicuius Christiani per iniuriam
 uxor ejus malitiose fuerit machinatus,
 tunc enim licet conversus studio ejus
 illam in uxorem habere non potest.
 cap. I. b. 1. Cucus, si absque machinatione in bello
 maritum ejus occiderit.

3. Altero conjugum infidelium ad fidem
 verso, cui proles communis ad signat
 debet?